

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Elegia in obitum ... Joan. Jacobi Seuberti medicinae  
doctoris ...**

**Keck, Johann Christian**

**[S.l.], 1675**

[urn:nbn:de:bsz:31-135513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-135513)





*A.*

ELEGIA  
 IN OBITUM  
 NOBILISSIMI, AMPLISSIMI  
 ET EXPERIENTISSIMI  
 VIRI,  
 JOAN. JACOBI  
 SEUBERTI,  
 MEDICINÆ DOCTORIS  
 ET DIVERSORUM MAGNATUM  
 ARCHIATRI FELICISSIMI,


*qui obiit 1675. 28. juemb. at. 72.*

SCRIPTA

[*anne*]  
 à  
 JO. CHRISTIANO KECKIO,  
 CONSILIARIO DURLACO-MARCHICO.

MAR

(1675)



Uem fugitiva dies Heroa silentibus  
Umbris  
Addidit, & tumulo nox inimica  
tegit,  
SEUBERTUM, incolumis certatim flebit, &  
æger,  
Curque fleat, causas alter & alter habet.  
Scilicet, Invidiæ rumpantur ut ilia, verum  
Dicta probaturo si datur ore loqui,  
Incolumi servata salus, mora lucis in ægro,  
Post superos, hujus dona fuere Viri.  
Nec modo SEUBERTUS pressos è plebe leva-  
vit  
Febribus, & vulgus vivere iussit inops;  
Quamlibet hæc pietas mereatur honore perenni  
Et superaturâ sæcula laude coli:  
ALSATIÆ Proceres quin salvos præstitit idem,  
Arte domi medicâ maximus, arte foris.  
Nobilium quoties evicit Apollinis hujus  
Usa valetudo dexteritate necem?  
Principibus quoties SEUBERTI cura dolores  
Abstulit, & prisca roboris esse dedit?  
Præsertim, regio cui DURLACENSIS obedit,  
Pendet & à cuius nostra salute salus,

MAR-

MARCHIO, qui Patriæ ductu regit arma ma-  
nuque,

Sæpe bibit civi pharmaca mista suo.

O decus! ô lauro gelidam ridente senectam

Gloria per doctos condecoranda choros!

Tuque datrix hominum præsens Hygiæa salutis,

Quâ sine nemo viget, quâ sine nemo valet;

Tune vetare mori fueras oblita potentem

*SEUBERTUM* invalidos ante vetare  
mori?

Tune tot optantes, ut tempora longa superfit

*SEUBERTUS*, frustra ludere vota finis?

Heu finis! & metam positi mortalibus ausi

Mors etiam medicos cogit adire bonos,

Nempe Senem toties ægris averfa medendo

Fata retardantem nunc sua fata trahunt.

Cumque peregisset bis septem lustra sub astris,

Astra subit, vitæ, laudis, opumque fatur.

Astra, pium Socerum quæ pridem fulgida cin-

gunt,

*SALZMANNUM*, in Natis qui super  
orbe micat.

Ilicet amplexu se mutua pectora mulcent,

*DINCKELIUSQUE* horum claudit  
uterque latus.

Quos ibi dum reficit junctos æterna voluptas,

Mars nihil aufit ubi, Parca nocere nihil;

Nos

Nos decet exemplum Virtutis amabile cultu  
Dignari, & famæ continuare decus:  
Nos, obitu ex isto præfagia sumere nostri,  
Cras, si non hodie, vera futura nimis.  
Stamus in ancipiti, quotquot superamus, & aurâ  
Vescimur; adrepat cuique suprema dies.  
Nec satis est certum, num sic adrepere pergat  
Sueta suos olim præcipitare gradus?  
Cum primis ubi bella tonant, Diræq; per Orbem  
Tergemino quatiunt torta flagella malo.  
Idcirco memores simus necis, ultima vitæ  
Linea cum fieri quælibet hora queat.  
Tu tamen interea, studiis, quibus impiger instas,  
Lumen AVI mundo redde RUDOLPHE  
Nepos!



